

n. 113, 21.

Yd
1969

X 2023576

MARTISBURGENSIUM
AGRICULTURA
SECVLO=LVTHERANA

Quam excolendam
Dominus Messis ante biennium denuò
commisit

V I R O

Plurimum Reverendo Clarissimo, Doctissimo,
Dn. GEORGIO BERLICHIO, S. S. TH. LI-
CENTIATO, ECCLESIAE CATHEDRALIS
MARTISBURGENSIS EPHORO VIGI-
LANTISSIMO

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

tam recordationis quam gratulationis
ergò,

Pie Posteritati consecrata,
ab Affine

JOHANNE CRUSIO Peniga-Misnico p. t. Pastore
in Velta & Kleinorbertha.

ipso Investitura die 1), Junii,
Anni, quo suspirandum

Christe, sit tibi bellifera, facta extincta nocturna,
Neque penitus Miteros nos perisere sine.

BIBLIOTHECA
PENIGAVIANA

1643.
LIXXIX
EXXCVII
LIXXI

HALLIS

Typis hæredum Melchioris Oelschlegelii.

IX.

2622.



Seculum Lutberanum
Martisburgensibus Sacrum.

Εσιν ἔτη δύο καὶ δὶς πενήκοντα τὰ θεῖα
αὐτε ἔδωκεν ὑμῖν ρήματα ὅττε θεῶ.
Τὴν καὶ ἐν θυμῶ, χαίροντες χαίρετε πάντες,
καίτ' ἐκ καρδίας ἄσμα ὑδοῖτε θεῶ.
εὐχὴν εὐχοντες ἰχυρῶς, ἠδὲ καὶ ἅμα
εὐφημήσαντες παρακαλεῖτε θεόν.
ἵνα διασώζη τ' κράνια ρήματα αὐθις,
ἐκβαλλῶν ἐκ τῆς γῆς πατρίδ' ὅλον.
οὕτως γὰρ εἰρηνεύειν τὰ ἀδρίσετε πάντα;
θεῖον ἀληθεύση ταῦτα θελημα πατρὸς.

sic novet

AUTOR.

GEORGIUS BERLICHIVS, SACROSAN-
CTÆ THEOLOGIÆ LICENTIATUS, MAR-
TISBURGENSIVM ANTISTES & CONSI-
STORII ASSESSOR.

per ἀνάγραμμα,

*Quod Distichorum sequentium Littera majuscula
representant, (exclusis in Parenthesi inclusis
vocalibus.)*

Egregiis stetit Agricolis laus (semper) & usus:
Sic affe Agricola (es) nomine & arte (bonis.)
Hinc Tu, sic stat Sors (nunc) sume brabæon
honoris.

(Inq; DEI Laudem veterè cuncta stude.)

Anagrammaticæ Explanatio.

Ignavus, frustra expectat Possessor agelli,
Spem fructus largi multiplicisque lucri.
Sedulus è contra gaudet, cum spectat, Arator,
Fœnore quod multo semina reddit ager.
Namq; ager Ignavi dumis fit plenus acutis;
Pânis at Agricolis Sedulitate venit.
Agricolæ curam semper sic atque laborem,
Cum Fructu Laudis concomitatur honor.
Hinc quoque non dubito, quin Vir clarissime, Phœbo
Sis gratus, toto Pierioq; choro,
Quid dicam Phœbo? satius sit dicere Christo,
Qui quoq; plantat agrum curat habetq; suum.
Mundus ager dictus; sed qui bona semina verbi
Spargunt, sunt summi Turba ministra Dei,

Proverb. 13.

Proverb. 10.

Proverb. 24.

Proverb. 28.

Aggressio

Matth. 13.

Joh. 15.

Vertit

Vertit & invertit, fœcundat & irrigat horum
 Usu, per verbi dogmata, Christus agrum.
Agricolas inter tales, quos mittit in arvom
 JOVA suum, missus Tu quoque Præco venis:
 Præco venis Christi, non segnis inersque labore,
 Laudatus magna at Sedulitate venis.
 Præco venis Christi, non sponte, sed ordine Justo
 Missus, ut *Agricolam*, ritè vocatus, agas.
 Non semel, hujus agri, vicibus sed cura quaternis
 Demandata Tibi, Vir venenerande, fuit:
 SANDERSLEBN, PENDORFq; Tuum quoq; LAUCHA laborem
 Expertæ, digno Laudis honore probant.
 Quæ cum sint Messis Domino bene cognita Christo
 Te nunc ulterius pergere Fata jubent,
 Pergere Fata jubent *MARTISBURGENSIS* ad amplum,
 Quem sibi Christus ibi Sanguine plantat, agrum.
 Hactenus hunc summo studio, multoque labore,
 Laudibus egregii percoluere viri.
 Præfuit *ANDRÆ*, ceu *VIR: FUHRMANNUS* itemque
 Tanquam *AURIGA* bonus præstitit arte suum.
 His hinc concessis è vita ad gaudia cœli,
 (Nunc ubi stellarum, Solis & instar erunt)
CUNDISIUS suscepit agrum benè *CONDERE* jussus,
 Exornans *SPARTAM* non sine laude suam.
 Vix ubi sed *LUSTRUM* compleverat; excipit illum
JENA, Professore *LÆTAVOCAT* que suum.
 Sed quia, ceu res est, ager eminet amplus & ingens,
 Quem Martisburgi plantat habetq; Deus;
 Mox, Tibi, *Berlichi*, ignaro, Spem præter & omnem
 Traduntur Partes *Cundisii* que vices:
 Idque Dei jussu, qui sic moderatur amanter,
 In fructumque sui cuncta gubernat agri.

me per annos
 12. Pastore
 quartum jam
 Ecclesia Mar-
 tisch. videt An-
 nistitem.

Dan. 12.

Anno 1638.

Anno 1643

Anno 1644.
 finito primo Se-
 culo Luthera-
 no Martisch.

Mu.

Munus ad hoc igitur depulso accede timore,
Agricolæ Partes egregiusque subi.
Dignus es, id siquidem tua laus ac incluta Peitho,
Candor & ingenuus commeruere satis.
Qui Te conduxit, Te misit, Teque vocavit
Is vires mentis corporis atque dabit.
Egregiè quare Tua perfice munia; Momus
Hic nihil, aut vulgus mobile quidve valent,
I, Suda, atque doce, sana, pede, mente, loquela,
Magna, alacri, summa, Laude, Labore, Fide.
Ingrati decerunt operæ si præmia mundi,
Te tamen in coelis præmia larga manent.
Tu vero, Christi Gens ò Mersburgica, fixis
Auribus atque animis percipe dicta Tuis.
Vos *Ager* ille Dei, proprio quem sanguine Christus
Solut plantavit constituitque sibi;
Sed multi persæpe student deperdere totum,
Hunc vestrum technis & violenter *Agrum*,
Quos inter partes primas sibi vendicat *Hostis*
Antiquus, mira calliditate cluens;
Hæreseos Semen falso quid dogmate spargit,
Sub specie recti seminis, atque boni.
Hunc sequitur *Mundus*, vario qui crimine sese
Immiscet, qui sterilis tamen herba manet.
Non postremus adest *Mayors*, qui more Ferarum
Proterit, atque sacri semina tardat agri,
Consumitque simul nascentia munera *Terræ*,
Ne restet Musis Panis & ullus honor.
Hic, ille, iste, premit, vexat, conculcat, Agellum,
Armis, Fraude, odiis, undique, sæpe, satis.
His tamen amotis, Christi mens provida, vestri
Curam habuit, vestrum Præsidiumque fuit.

*Apostrophe ad
Incolas Mar-
sisb.*

1. Cor. 3^o

Qua.

Anno 1544
reformatio in
hoc Episcopatu
cum Deo feli-
citer est incep-
ta.

Anno 1644.
Berlichium hu-
jus Ephoria
Spartam ag-
gressus secundi
Lutherani Se-
culi fecit initi-
um docendo.

Quatuor hinc orbi rediere octanaque Iustra
Præcise & cursum sole regente, tenent.
Quo Deus à Vobis facti documenta Papatus
Abstulit, Herois per sua vasa viri,
Coelica qui retulit vobis, arvisque Paternis,
Semina, de Christo verba sacrata docens.

Quin imò, belli sub tot, tantisque periculis
Usque huc servavit munera tanta Deus.
Agmine nam, magno Doctorum dogma Salutis,
Hic & ubique, sua probonitate, dedit.

Haftenus & quamvis verbi vos sæpe Ministris
Privavit Vestris, Templum Ephorisque suis,
In Descessorum Sedem tamen ipse vacantem
Mox alios voluit restituisse viros

Hæc & plura Dei vobis concredita dona
Nunquam non memores mente tenete pia,

Vestraque gratantes exacti *IUBILA SECLI,*
Cum plausu, in Sancto concelebrate loco,

Pectora non segnes Culturæ subdite tali.
Ne malus & sterilis permaneat ager,

Agricolamq; novum vestrum, quem jamque videtis,
Ceu donum summi semper amate Dei;

Fundite quin etiam, missis ad sydera votis,
Corde preces tacitas, atque rogate Deum,

Possit ut ille diu, depulso Marte, præesse
Vobis & vestris, non sine fruge, sacris.

Ne Martis rabies *VERBUM PACEMq;* (minatur
Ut Deus) à nobis auferat atque trahat.

Sed quid ego multis? votorum cardo sit iste,
MARS abeat Patrio *PAX* redeatque Solo;

Sic iterum crescent, florescent, atq; vigescent
In terra, fructum cuncta ferentque suum,

No.

Nostrum aſt *Berlichium* conſervet Jova, vacantem
Ne videam ſacra rurfus in æde locum.

His finem faciam, quæ ſi non ſcripta decenter
Senum ad cujuſvis, mens tamen æqua manet."

Semper enim bibimus ſi vinum, ſemper & undam,
Id minus oblectat, mixta ſed iſta juvant.

Sic & erit, ſi quis Doctorem Scripta momenti
Interdum & parvi dicta tenella legat;

Sufficit, annuerint modò ſi pia Numina dictis
His quamvis parvis. Hinc mea Muſa tace.

2. Macc. 15.



Epilogi loco.

1

Doch berühmt iſt und zu Loben
Der ganz gut und fromme Gott/

Pſ. 48.
Pſ. 25.

Das er bey ſo manchen toben
Dieſer ſchweren krieges Noth/
Doch hat laſſen Gnade walten/
Wort und Sacrament erhalten.

Pſ. 117.
Jer. 17.

2

Hundert Jahr ſind nun verfloſſen/
Das Gott über dieſes Stiff,
Seinen Geiſt hat außgegoffen
Vnd der Seelen tödlich Gift/
von Euch gnädig abgewendet/
Vnd euch Luthers Lehr geſendet.

Anno 1544.

Joel. 2.

Solch



34 1909
Solch dein wort thut er von newen
Als ein edle Perle gut
Euch izt wiederum verleihen
Denn Herr Verlich wohl gemuth
Kömmt gesandt mit solchen schätzen
Euch ganz kräftig zu ergetzen.

3
Solches danckbar rühmet sehre
Betet auch von Herzen ganz
Das Gott neben reiner lehre
Woll' im fried den Kauten frank
Uns erhalten und denn geben/
Endlich drauff das ewig leben.

E N D E.



h. 113, 21.

x 202

MARTISBURG
AGRICULTURAE
SECVLO-LIBER

Quam
Dominus Messis

COL

V I

Plurimum Reverent

Dn. GEORGIO BE
CENTIATO, ECCLE
MARTISBURGER

LAN

am recordatio

Pie Poster

al

JOHANNE CRUSIO P

in Velta

ipso Investi

Anni, q

Christe, sic et beatus
Nepentis Altra

Typis hæredum

X

d
169

S-BIBLIOTHEK
ALLE
(SAALE)

THECA
VIANN

IKXXIX
IKXXI
IKXXI

